



¶ 1. Magní-fi-cat á-nima me- a Dóminum, * et exsultá-



vit spí-ri-tus me-us in De-o sa-lu-tá-ri me-o. Ant.



Glo-ri-ó-sa.

2 *Quia* respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim ex hoc
beátam me dicent omnes generatiónes. Ant. Gloriósa.

3 *Quia* fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen
eius. Ant. Gloriósa.

4 *Et* misericórdia eius a progénie in progénies * timéntibus eum.
Ant. Gloriósa.

5 *Fecit* poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente
cordis sui. Ant. Gloriósa.

6 *Depósuit* poténtes de sede, * et exaltávit húmiles. Ant. Glo-
riósa.

7 *Esuriéntes* implévit bonis: * et dívites dimísit inánes. Ant.
Gloriósa.

8 *Suscépit* Israël púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.
Ant. Gloriósa.

9 *Sicut* locútus est ad patres nostros, * Abraham et sémini eius
in sæcula. Ant. Gloriósa.